



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1732. usque ad annum 1734

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1785**

**VD18 90119339**

§. 15. Novi Ultrajectensis Archiepiscopi electio.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67683](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67683)

Sæc. XVIII.  
A. C. 1734.

§. XV.

*Novi Ultrajectensis Archiepiscopi  
electio.*

Postquam fœderati Ordines decre-  
tum suum Catholicis tantopere inju-  
stum promulgaverant, Pater Dillius  
qui Patribus Oratorii attentissima  
in Strandia Septentrionali adminis-  
traverat, in Brandiam secessit, in  
loco Patrem Merlum constituit.  
In propria domo, ac in Sacello die  
vigesima septima Aprilis, in quam  
Dominica inciderat, rem Divinam  
egit, confluentibus incolis religio-  
sissimis Catholicis. Jam vero in uno hor-  
tore Calviniani cunctas inesse curas  
maximas exclamant, questum re-  
runt ad Regium Gottorpiense Tri-  
nal, tantumque obtinent, ut Dami-  
gis nomine Catholicis Sacerdotibus  
dicta centum aureorum mûlta, ca-  
victima litare inhiheretur: Anno  
quenti Barchmannus Ultrajectensis  
chiepiscopus, ut memoravimus, in-  
functus erat, hinc Canonici in-  
habito Sedis Apostolicæ inter-  
Theodorum de Croon die vigesima  
cunda Julii unanimi suffragio elegerunt.  
Petebant quidem consuetas Pontificis  
confirmationis literas; cum autem

hac vice responsum obtinerent, ipsi <sup>Sæc. XVIII.</sup>  
 propria auctoritate Neo - electum hoc <sup>A. C. 1734.</sup>  
 anno solemniter ritu initiabantur: Id ta-  
 men haud impune tulit Archiepiscopus;  
 quippe mox anno sequenti per Aposto-  
 licas literas ejus electio tanquam nulla  
 ac irrita fuit declarata, ac ipse ejus-  
 que Canonici piorum communione ex-  
 terminati sunt, quam tamen censuram  
 pro more suo appellationis remedio e-  
 luserunt. Submiserat equidem Pon-  
 tificex Baronem de Hörde Flaviopoli-  
 tanum Episcopum, Vicarium Aposto-  
 licum, qui tamen nec monitis nec pre-  
 cibus quicquam profecerat; Canonici  
 enim Constitutioni *Unigenitus* pertina-  
 citer obstiterant, & prætensi sui Epi-  
 scopatus jura firmiter tuebantur: Nec  
 magis prospero successu hic Episcopus  
 in Strandia suam exercebat auctorida-  
 tem; cum enim datis ad P. Düring  
 literis plenam eidem daret facultatem,  
 ut vel ipsemet vel ejus nomine Nota-  
 rius a Strandia Ecclesiasticis concessas  
 Sacerdotalis ministerii literas sibi exhi-  
 beri postularet, Düringus invidiosum  
 hoc negotium a se deprecabatur.

## §. XVI.

*Pontificis curæ ob petatum Hispani  
 exercitu transitum.*

Kk 3

Con-